



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Sequuntur praecipua quaedam capita Dom. Praeposito & Canonicis  
obseruanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13591**

In capitulo etiam unicam vocem habeat, ut alter ex Canonicis, sed primam ut praesidens in eodem; sitque ipsa praepositura dignitas curata & electiva ad quam, cum pro tempore vacare contingat assumatur. Demum quis per solennem electionem Capituli dictae Ecclesiae confirmationemque Reuerendi in Christo patris Domini pro tempore Episcopi *Patauiensis*, juxta quod in similibus est a sacris canonibus institutum, nullusque nisi in vicesimo quinto anno aut eo amplius constitutus eligi valeat in. Praepositum dicti collegij seu assumi & electio, confirmatio, seu alia assumptio de minore facta, ipso jure, iuribus non subsistat, quique in. Praepositum dicti Collegij electus & confirmatus aut aliter debite assumptus vel institutus, si sacerdos pro tunc non fuerit se faciat infra annum a die possessionis Praepositorum adeptra, vel qua per eum steterit, quo minus apprehendat statutis a jure temporibus ad sacerdotium facere promoueri, alias ipso jure per lapsum dicti anni sit priuatus.

Sequuntur præcipua quædam capita Dom. Præposito  
& Canonicis obseruanda.

*Primum.*

Quod Canonici subesse debeant Præposito & quod collatio Canonicorum & institutio spectet ad Episcopum *Patauensem* ad presentationem Præpositi & Capituli.

*Secundum.*

Quod Canonicus institutus se faciat infra annum ad sacerdotium promoveri, alioquin &c.

*Tertium.*

Quod Præpositura & Canonicatus & præbenda in Ecclesia in *Vilshoffen* intelligentur beneficia incompatibilia.

*Quartum.*

Quod cura parochiæ spectat ad Præpositum & Capitulum & non ad Præpositum solum.

*Quintum.*

De Electione Sacristæ sive Plebani singulis annis.

*Sextum.*

De stipendio Sacristæ.

*Septimum.*

De Electione Cellariorum & Camerariorum.

*Octauum.*

Quod tam Prepositus quam quilibet Canonicorum teneatur personalem residentiam infra oppidum *Vilshoffen* facere.

*Nonum.*

De officio senioris.

*Decimum.*

De distributione fructuum Ecclesiæ præsentium & futurorum, &c.

Conclusio.

**A**cta, dicta, & gesta fuerunt omnia alia & singula supradicta in ciuitate *Patauiensi*, & in Curia Episcopali, at loco supradicto eiusdem curiæ seu *Metrop. Salib.* Tom. III.